2017

Puer Natus In Bethlehem

In honor of the Infant Jesus

Michael J. Drake, Jr.

1. Puer natus in Bethlehem, alleluia. * Unde gaudet Jerusalem, alleluia, alleluia.
2. Assumpsit carnem Filius, alleluia. * Dei Patris altissimus, alleluia, alleluia.
3. Per Gabrielem nuntium, alleluia. * Virgo concepit Filium, alleluia, alleluia.
4. Tamquam sponsus de thalamo, alleluia. * Processit Matris utero, alleluia, alleluia.
5. Hic jacet in praesepio, alleluia. * Qui regnat sine termino, alleluia, alleluia.
6. Et Angelus pastoribus, alleluia. * Revelat quod sit Dominus, alleluia, alleluia.
7. Reges de Saba veniunt, alleluia. * Aurum, thus, myrrham offerunt, alleluia, alleluia.
8. Intrantes domum invicem, alleluia. * Novum salutant Principem, alleluia, alleluia.
9. De Matre natus Virgine, alleluia. * Qui lumen est de lumine, alleluia, alleluia.
10. Sine serpentis vulnere, alleluia. * De nostro venit sanguine, alleluia, alleluia.
11. In carne nobis similis, alleluia. * Peccato sed dissimilis, alleluia, alleluia.
12. Ut redderet nos homines, alleluia. * Deo et sibi similes, alleluia, alleluia.
13. In hoc natali gaudio, alleluia. * Benedicamus Domino, alleluia, alleluia.
14. Laudetur sancta Trinitas, alleluia. * Deo dicamus gratias, alleluia, alleluia.